HOMILIARIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 11r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Preter consuetudinē facit ds̄ mirabilia. quia ds̄ est. Maiora .III.
quidē mirabilia sunt tot cottidie homines nasci q̄ n̄ erant. q̄.
paucos resurrexisse q̄ erant. & tam̄ ista mirabilia n̄ conside
ratione conp̄hensa s̄. s; assiduitate uiluerunt. Resurrexit xp̄c.
absoluta res est. Corpus erat. caro erat. pependit in cruce. emi
sit animā postea in sepulchro. exhibuit illā uiuā que uiuebat
in illa. Quare miramur? Quare n̄ credimus? Ds̄ ē q̄ fecit. Consi
dera auctorē. & tolle dubitationē. Querunt ḡ homines utrū .T. 1.
corruptio ista corporis quā sentiunt in carne sua futura sit.
in resurrectione mortuorum. Dicimus n̄ futurā. Respondent no
bis. Si corruptio n̄ erit. quare manducabitur? At si n̄ man
ducabitur. quare post resurrectionē dn̄s manducauit? Modo
cū euangeliū legeretur audiuimus. quia cū exhiberet se uiuū o
culis manibusq; discipulorum suorum. parū uisū ē illi ad demonstran
dā euidentiā corporalē. & ait. Habetis hic aliqd qd̄ manduce
tur? Et obtulerunt ei partē piscis assi. & fauū mellis. man
ducauit. & reliquias dedit eis. Dicit enī nobis. Si corruptio .II.
corporis n̄ resurgit. q̄re manducauit dn̄s xp̄c? Legistis q̄a
manducauit. nunq̄ legistis quia esuriuit. Qd̄ manducauit
ihc. potestatis fuit non egestatis. Si iteraret manducare. egeret.
Rursus si manducare n̄ posset. minus ualeret. Nunqd & angeli
quando suscepti s̄ hospitio a patribus nr̄is n̄ manducauerunt?
Et tamen corruptibiles n̄ fuerunt. Rursus dicunt. Resurgunt .III.
uitia? Et respondetur a nobis. Non. Quare ḡ inquiunt dn̄s
cū suorum uulnerū cicatricib; resurrexit? Quid ad hoc dicimus.
n̄ quia & hoc potestatis fuit n̄ necessitatis? Sic resurgere uo
luit. ut q̄b;dam dubitantibus exhiberet in illa carne cicatri
ces uulneris. & sanaret uulnus incredulitatis. Deinde dic